



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

V. Heinrich und Johann von Wedel setzen die Rechtsverhältnisse der Stadt
Märkisch-Friedland fest, am 2. Februar 1314.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

IV. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Callies eine Mühle und den Platz des Schlosses, am 29. September 1313.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, patefiat, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg marchio, dedimus et presentibus literis donamus prudentibus viris consulibus et vniuersitati ciuium ciuitatis nostre Calis molendinum, quod erat domini Kenstel, cum aggere, piscina ac vsu piscandi ibidem, cum area castri et pomerio perpetuis temporum decursibus iure ciuitateni ac iusta proprietate possidenda, renunciantes premisis ac eorum cuilibet per presentes renunciatione debita quoad nos et heredes nostros ac successores quoscunque. In hujus quoque nostre liberalis donationis testimonium nostrum sigillum iustissimum presentibus apponi literis in perpetuum valituris. Presentes fuerunt: Nobilis vir Dominus Guntherus comes de Keuerenberg, Henricus, decanus ecclesie Stendalgenlis, Sloteko, prepositus Dyminensis, Ludolfus, Haffo, Henningus de Bencz, milites, de Wedele, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Wedele, anno domini millesimo tricentesimo tredecimo, die beati Michaelis.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

V. Heinrich und Johann von Wedel setzen die Rechtsverhältnisse der Stadt Märtsch-Friedland fest, am 2. Februar 1314.

In nomine Domini Amen. Cum de conditione humane fragilitatis hominum memoria sit labilis, vita brevis, expedit, ut acta vite litterarum serie ac fidelium testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos Henricus, miles, et Joannes, famulus, fratres dicti de wedel, notum esse volumus uniuersis notitiam presentium percepturis, Quod nostre ciuitatis Nuwe Vredeland appellate, ut eo melius emendet se, cum unanimi consensu nostrorum heredum et aliorum amicorum maturo consilio dedimus, et per presentes damus quidquam utilitatis intra eandem ciuitatem census aut pretii de macellis carniuum, pannorum, calceorum esse poterit, vel aliarum casarum, si ibi constructe fuerint, de quibus poterit esse fructus. Etiam damus eidem ciuitati quidquid utilitatis de censu agrorum areis pertinentium, quod vulgariter dicitur Wordentins, esse poterit, in quo prefectura jam dicte ciuitatis percipiet tertiam partem, alia remanebit ciuitati: Et quidquid utilitatis de censu areas mensurandi, quod proprie dicitur rudentins, esse poterit, prefectura ejusdem ciuitatis percipiet tertiam partem, alia soluet ciuitati supradicte. Item damus ciuitati Nuwe Vredeland quidquid utilitatis et fructus intra distinctionem supradictam esse poterit. Hec distinctio incepit etc. — Et damus prenominate ciuitati Nuwe Vredeland, quidquid utilitatis intra metas et limites ejus esse poterit, scilicet stagnum, quod dicitur Kortenciez, et stagnum, quod dicitur Wolgast, stagnum, quod dicitur Kerstigemilo, ambo stagna, que vocantur Kaves, ambo stagna, que dicuntur Zadow, ambo stagna, que vocantur Karwes. Etiam damus eidem ciuitati libertatem venandi intra ipsius metas limitatas et locum ville, que dicitur kaurenzlas, cum LXIV mansis agrorum, inter metas jam dictas

fitis cum pleno jure et justo titulo feudali utilitate qualibet et proventu. Item damus predicte civitati Nuwe Vredeland, quidquam utilitatis intra ipsius metas superius limitatas ejusque campum esse poterit, de lignis, aquis, piscinis, mericis, pratis, paludibus, agris cultis et incultis et quecumque intra premissa opera reperiri poterint sub terra, sive super faciem terre in aere, melle exquirendo, breviter universa, de quibus poterit esse fructus. Etiam damus prefate civitati Nuwe Vredeland quidquam utilitatis et fructus cedet ab universis, que exstrui poterint super flumine, quod dicitur Kirftgenillen, preter dimidiam partem, quam percipiet prefectura civitatis ejusdem. Verum tamen exceipimus flumen molendinicum palude, in qua humulus crescit. Igitur presentem paginam nostrorum sigillorum appendicis roboramus, Ut stabile et ratum habeatur, quidquid in ea cernitur exaratum, Testantur ista dominus Albertus, sacerdos, plebanus in Gruficoue, Ludovicus et Hasso, milites, Lambertus famulus, fratres, dicti de wedel, Item Balcze et Henningus Napfeale, Henningus Debow, Gerardus Sulltorp, Item Henricus, Friedericus, fratres, et Fredericus, eorum patruus, dicti Sittegrope, Item Nicolaus et Joannes, fratres, dicti Knobilsdorp, fundatores premissae civitatis Nuwe Vredeland et consules ibidem. Item Petrus et Nicolaus, fratres, dicti Lozienbrok, et Nicolaus Dorphere, eorum patruus, Item Hildebrandus, Arnoldus dictus Knuth, Joannes Dorphere et quam plures fide digni. Datum in civitate Arneserone, Anno Domini millesimo trecentesimo decimo quarto, In festo purificationis Marie Virginis gloriose.

Aus einer sehr mangelhaften Copie. — Noch entstellter findet man diese Urkunde in Maginski's Cod. Pol. 99 mitgetheilt.

VL. Markgraf Woldemar befehlt den Johann von Hagen mit den Dörfern Raduhn und Cranzin, wie er solche von den von Wedel besessen, am 26. Februar 1319.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, Recognoscimus in his scriptis, quod honesto militi domino Johanni de Hagen ejusque veris heredibus contulimus et per presentes justo feudi titulo conferimus villam Radun, cui adjacent sexaginta sex mansi, cum pleno jure, cum agris, pratis, pascuis, lignis, cum precaria, servitio curruum, cum jure patronatus ecclesie ibidem, cum supremo et inferiori judicio et plane cum omnibus limitibus, sicut illi de Wedele a nobis possiderunt, pacifice possidendam. Insuper contulimus ei in villa Crantzin triginta unum mansos cum omni jure, fructu, commodo, libertate atque limitibus, sicut idem miles ab ipsis de Wedel prius noscitur possedisse. Dicitur quoque miles et sui heredes a dextrarii servitio sedebunt a data presentium ad sex annos continuos supportati. Et si dictum militem decedere contigerit ab hac luce, extunc dicta bona cum omni jure et libertate, sicut superius expressum est, conferre tenebimur ejus natis cum omni benevolentia sine cujuscunque pretii datione. Hujus rei testes sunt nobilis vir Guntherus comes de Keverberg, Henningus de Blankenborg, Droyseco dapifer, Gerardus de Stavenow, milites, Henricus, ecclesie Stendaliensis quondam Decanus, Tidemannus, prepositus in Granfoy, et dominus de Luchowe, noster capellanus, cum aliis fide dignis. In cujus rei testimonium nostrum sigillum